

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De sacramento eucharistiae. Et audienda missa**

**Gansfort, Johannes**

**[S.l.], [ca. 1527]**

Idem.L.i.i.sob.

[urn:nbn:de:bsz:31-291047](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-291047)

Idem. Lii. Job.

¶ Nunc vero nouissimis temporibus atq; in ultimo seculo demon mille modis congregatur & tētat, ac multipliciter dsmicat, insidiatur, seducit atq; subuertit, per innumeros errores, per abundātes seductores, per pseudo christos ac pseudo doctores, quibus hic mundus repletus est, quos nequissimus seminauit, quos atrocissimus ille produxit, quos malignissimus fecit florem & fructū in infidelitate atq; errore afferre coegit, quibus hic mundus repletus est, qui uenerunt & ueniunt in uerbo dñi, in uestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, Nomen Christianorum habentes atq; speciem pietatis, & erroribus & impietatibus atq; seductionibus referti sunt. Isti sunt ueræ ianuae mortis & uiae inferni. Isti sunt qui plurimos a ueritate prauaricātur, & a fide innumeros aberrare faciūt. Isti sunt ministri maligni diaboli, atq; nunciij ueritate carentes. Isti sunt cęci duces cęcorum. Isti sunt nubes sine aqua, nebula a tempestate fugata, quibus caligo uel nebula interiorum tenebrarum digne seruat ur atq; custoditur. Istos ergo fugiamus o uiri. Istos late deitemus o amici. Istos odio habeamus, & infidelitatem atq; errorem qui in eis est, uelut flammam ignis declinemus, pro eo ne cum illis flammæ inextinguibili, in die furoris atq; reuelationis iusti iudicij dei mancipemur.

TELOS

36 Bl.